



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

XVI. De cæco Ierichuntino curato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

DE CÆCO A
CHRISTO SANAT
TO IVXTA VRBEM
IERICHO.

MEDITATIO XVI.

EVANGELIVM.

Mat. 10.
Luc. 18.

PROFICISCENTE IESV
de Iericho, & discipulis eius,
& plurima multitudie, filius
Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta
viam mendicans. Et cum audiret
turbam prætereuntem, interrogabat
quid hoc esset. Dixerunt autem
ei, quod IESVS Nazareus transiret,
Et tunc coepit clamare & dicere.
IESV fili David miserere mei.
Et qui præibant, increpabant eum,
& multi quoque comminabantur
ei, ut taceret. At ille multo magis
clamabat. Fili David miserere mei.
Et stans IESVS præcepit illum

vo-

vocari. Et vocant cæcum dicentes
 ei. Animæquior esto, surge, vocat te.
 Qui proiecto vestimento suo exili-
 ens venit ad eum. Et Iesus interrogavit
 illum dicens. Quid tibi vis faciam?
 At ille dixit, Domine ut videam. Et
 IESVS dixit illi, Respice, & vade,
 fides tua te saluum fecit. Et confe-
 ssim vidit, & sequebatur illum ma-
 gnificans DEVM.

PROPHETIAE.

1. **D**OMINVS soluit compeditos, Domi- *Psal. 146.*
 nus illuminat cæcos.
2. *Dominus illuminans oculos, dans sani-* *Eccl. 34.*
tatem, & vitam, & benedictionem.

CONSIDERATIONES.

DOMINVS pro sua immensa in *Punct. 1.*
 nos caritate, nunquam sinebat
 occasionem beneficiendi elabi, nul-
 lisque laboribus parcebat, vbi eunque
 videbat se sua præsentia prodesse crea-
 turis. Ibat benedictus IESVS Hie-
 rosolymam versus ad perficiendam
 per crucem nostram redemptionem:
 nec voluit hoc breue iter suo fructu
 & lucro animarum carere. Sciebat in
 vrbis Iericho duos esse cæcos, alterum
 in

Luc. 19.

in ipsa vrbe, alterum foris, vnum ex-
cum mente, alterum corpore. Prior e-
rat Zachæus publicus vsurarius, Poste-
rior hic Bartimæus filius Timæi, pau-
per mendicus, In vtroque Dominus le-
mina bonorum desideriorum notatur
vterque enim tenebatur desiderio vi-
dendi CHRISTVM, sed dissimilitet.
Zachæus enim cupiebat frui præsentia
Christi, cuius opera admiranda sæpe
commemorari fortassis audierat. At
Bartimæus cupiebat sibi reddi facultate
tem videndi. Transiens ergo IESVS, vt
erat liberalis suorum donorum & be-
neficiorum dispensator, ingreditur ci-
uitatem, nec solum desiderio Zachæi
facit satis, præbens se ei videndum, sed
etiam proprio eum nomine compel-
lat, seque vltro in domum eius inuitat,
vt facta maiori suæ conuersationis &
doctrinæ copia, oculos quoque mentis
illius illuminaret, vt agnoscens CHRIS-
TVM esse suum Salvatorem, sibi ro-
tiq; familiæ auctor esset consequen-
dæ æternæ salutis. Deinde CHRISTVS
vrbe egressus, occasionem quoq; huic
pauperi cæco præbet misericordiæ im-
plorandæ, vt perfectam animi iuxta ac
corporis ab eo adipisceretur salutem.
Q. viscera amoris plena, ac prorsus, pa-
terna

terna Dei nostri, Bene IESV, quantum
 zelum semper demonstrasti, quotque
 vijs & modis salutem hominū procu-
 rasti? O anima mea, an putas forte non
 esse eundem Deum nunc in caelo, qui
 erat cū versaretur in terra? an existi-
 mas abbreviatam vel debilitatam eius
 manum, vt non possit nos amplius sal-
 uare: aut imminutam esse ardentem ca-
 ritatem & amorem erga homines, vt
 curam pristinam nostrae salutis abie-
 cerit? An non Zachaeus, & hic quoque
 caecus aequè erant peccatores ac tu, vt
 CHRISTVS illis praestaret simile bene-
 ficium, & non tibi? O quoties idem
 DEVS non minori amore venit ad te
 seq; permisit videri & audiri à te, quo-
 ties pupugit tuam conscientiam, & ad-
 cor tuum pulsauit, vocando & inuitan-
 do te, & tu aspide surdior, ac lapide du-
 rior adhuc in tenebris caecitatis tuae he-
 res, sine salutis desiderio, sine cura à
 Domino hanc beatam lucem obtinen-
 di, quam tantoperè tibi communicare
 desiderat.

2. CONSIDERA infelicem statum,
 in quo hic homo versabatur. nam vt
 habet Euangelium, erat iuxta Iericho,
 pauper erat, & caecus, sedebat secus viā
 mendicans. Vide quot mysteria paucis
 his

Gen. 3.

his verbis sint comprehēsa. Quis enim alius erat iste homo, nisi infelix humanum genus, quod sua culpa exterminatum ex pacifica Hierusalem, ex Paradisi terrestri delitijs, ubi cum Deo & secū tranquillissima pace fruebatur, delendit in Iericho, in hunc mutabile & turbulentum mundū, ubi in poenā peccati in manus infernaliū latronū delapsū, exutum est innocentia & iustitia originali, omnibusq; gratiæ donis priuati, atq; etiam in donis naturalibus debilitatum. Erat quoq; non solum pauper, sed & cæcū, nam lethali vulnere, quod accepit in capite suo, primo parente, intellectus fuit læsus, oculique mentis veræ sapientiæ luce priuati. Ac conueniebat sane eum qui non verebatur similis Deo videri, in eo, quod plurā quam suæ congruerent naturæ, cognoscere desiderare, remanere cæcum notitia sui & Dei destitutum. Ad hanc huius hominis cæcitatem accessit, quod non insisteret pedibus, sed sederet humi; nec mirum, nam vt scriptum est, Deus condidit hominem rectum rectitudine gratiæ, mente & corde in suum creatorem erectum: verū per culpam lapsus, cum suis se viribus dirigere non posset, omnibus cogitationibus

Eccl. 7.

bus & te
go, se
niti
debe
gnos
cus n
sequi
me c
dicit
verit
ritas
do. M
& mi
mine
ne m
aduer
Leuit
turali
rū & f
nullus
sub sic
rat sui
star hu
bat, il
batur,
potius
te occ
hic mi
expect

VITA

bus & desiderijs in his rebus humilibus
 & terrenis defixus permāsit. Sedebat er-
 go, sed secus viā. Quæ verò illa erat via,
 nisi Christus, dicens, *Ego sum via*; Nō se-
 debat in via, quia nondū Christum co-
 gnoscebat, nec sequebatur, alioquin cæ-
 cus non fuisset, cūm dicat Christus. *Qui*
sequitur me, non ambulat in tenebris. At ta-
 me cū expectabat, & desiderabat, & ideo
 dicitur fuisse vicinus viæ; erat vicinus
 veritati, sed cā nondū inuenerat: nā ve-
 ritas nondū aperte erat declarata mun-
 do. Medicauit quoq; hic miser homo,
 & misericordiam implorabat, sed à ne-
 mine audiebatur, nec respiciebatur. Be-
 ne multi per hanc viā transierant ante
 aduentū Saluatoris; Primò trāsijt status
 Leuiticus primorū sacrificiorū legis na-
 turalis; deinde sacerdotalis ceremonia-
 rū & sacrificiorū legis scriptæ: sed heu!
 nullus in vtroq; statu eum respexit aut
 subsidio ei fuit; quia nec vllus eū pote-
 rat suis necessitatibus liberare. Immo in-
 star huius turbæ quæ Christū præcede-
 bat, illū reprehendebant, eiq; cōmina-
 bātur, ac proinde timore pœnæ iniecto,
 potius ei desperādi, quā sperādi de salu-
 te occasione præbuerunt. Venit deniq;
 hic misericors Samaritan⁹, hic tāto perē
 expectatus & desideratus à toto mūdo,
 qui

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Luc. 10.

Quis enim
 elix huma-
 exterminat-
 ex Paradisi
 eo & secū
 ur, delecta-
 bile & tur-
 nā peccati
 u delapsū,
 titia origi-
 nis privati,
 us debili-
 m pauper,
 ere, quod
 parente,
 ue mentis
 Ac conue-
 ebatur fi-
 od plura;
 uræ, co-
 re cæcum
 Ad hanc
 accessit,
 sed sede-
 scripsum
 ce etum
 eorde in
 erum pet-
 us diri-
 tationi-
 bus



qui auditis miserabilibus generis ho-
mani vocibus se ei adiunxit, vulnera
cuius vino sanguinis sui lauit, oleoque
misericordiæ suæ abundanter infuso
non solum sanauit & illuminauit, sed
etiam copiosis suis donis, & caelestibus
charismatibus ornauit & ditauit.

3. CAECVS audito strepitu transie-
untis turbæ, interrogauit, quis suã tran-
siret, vbi verò cognouit IESVM Naze-
renum transire, ac fortè etiam laudes
eius & miracula prædicari inaudiat,
mox veniens in cogitationem illum
esse verum Messiam in lege promi-
sum, neglectis omnibus alijs, ad solum
CHRISTVM se conuertit, magna vo-
ce ab eo postulans, vt sui miseretur.
Multo tempore hic cæcus hoc in loco
remāserat, eleemosynā ad sustentandā
vitam poscens, sed nunquam posset
illuminari, nisi quando transijt ill-
CHRISTVS. Omnes eramus cæci,
tenebris peccati inuoluti, ac, quod pe-
ius est, miseriam, cæcitatēq; nostram
non agnoscebamus: quare & homi-
suæ miserix ignarus, non confugimus
ad illum, qui poterat eum ab illa liber-
rare. Verum postquam venit Sol iusti-
tiæ, cœpitque in nostris tenebris re-
splendere, tunc homo agnoscens suam

defor-
tinuò
Fili D
fide r
quo
ipso a
do cu
Salua
Dauid
serere
idq; n
potem
visum
sua ve
prop
nienc
alia r
nostr
strep
nes ip
naba
sequi
mo, i
vinch
corpe
lingu
sequi
ce, cl
O ter
sum

defor-

deformitatem & periculum salutis, cōtinuò cum hoc cœco clamare cœpit, *Fili David miserere mei.* Brevis oratio, sed fide plena, & Spiritu sancto digna à quo fuit dictata, ac etiam CHRISTO ipso ad quem erat directa. Nam vocando eum filium David, confessus est Saluatoris humanitatem è regia stirpe David assumptam; dicendo autem, *miserere mei* confessus est eius diuinitatē; idq; non solum confitendo eius omnipotentiam, quod possit sibi restituere visum, sed etiam credendo quod sola sua voluntate id possit præstare, quod proprium est solius Dei, cui ad subueniendum nostris necessitatibus, nulla alia re opus habet, quàm vt misereatur nostri. Percipiebat bonus hic cæcus strepitum prætereuntium, sed homines ipsos non cernebat. Omnes festinabant videre CHRISTVM, eumq; sequi quocunq; iret: sed miser hic homo, indissolubili tenebrarum catena vinctus, nullum ex omnibus membris corporis solutum habebat, nisi solam linguam. Quare cum CHRISTVM insequi nō posset pedibus, secutus est voce, clamans. *Fili David miserere mei.* O tenebras omni luce clariores, ô visum acutissimum cœci, nam cum tot

V ho-

homines longè viciniores essent
sto, cumque sequerentur, tamen
tantum purum hominem esse
bant: at hic cecus, licet longius
sto remotus, agnoscit & confite
um esse DEVM. Nec mirum
cum proxima ei esset illa vera lux,
illuminat omnes mundi homines
us illustravit oculos mentis eius
corporis, prius ab eo ignorantia
bras depulit, quam cecitatis oppre
lis, prius ei miserus est, quam
cordiam postulasset; imò hoc
quod Deus illi communicavit
ram sui ipsius notitiam, & quod
fide petiisset sanitatem, maiorem
fericordiam erga eum dedidit
quam postea reddendo illi videlicet
cultatem.

4. TVRBAE præcuntes CÆ
STVM, reprehendebant hunc cæcū
iubebantque tacere, forte ea opor
imbutæ, non esse honorificum CÆ
STO, ab homine tam vili & abiectū
dari. Verum non erat Dominus
magnis hominibus huius sæculi
indignantur & pudefunt, si a pauper
bus laudentur & honorentur. De
enim simulatq; vocem huius cæcū
dixit, substitit, plus simplicitate

rum i
creat
nori
quod
fortu
plicem
teram
nisi li
tabatu
cus ess
recupe
fortite
cohibe
serui
tradi
gisque
tempo
tur & l
ergo c
eo rui
propha
fare T
lum pr
nere af
set, mu
sitiā a
res filij
lerasset
vt erat
to exer

num illius ex fide viua prolarorum re-
 creatus, quā tot encomijs turbæ ex mi-
 nori fide profectis. Ex alia parte cæcus
 quo plus prohibebatur, hoc clamabat
 fortius: reprehensiones enim illi du-
 plicem dolendi causam afferebant. Al-
 teram, quia, cum nullo alio membro
 nisi linguæ iunare se posset, loqui ve-
 tabatur. Alteram verò, quod cum cæ-
 cus esset, ipsum impedirent, ne visum
 recuperare posset. Clamabat quoque
 fortiter, quia hæc natura fidei est, vt
 cohibita magis accendatur. Vnde &
 serui Dei in persecutionibus & con-
 tradictionibus semper fortiores, ma-
 gisque inuicti effecti sunt; sicut contra
 tempore prosperitatis potius debilitā-
 tur & languescunt in fide. Ad clamores
 ergo cæci substitit CHRISTVS, & cum
 eo rumba vniuersa. Legimus in historijs
 prophanis rem memorabilem de Cæ-
 sare Traiano. Eū, magnis copijs in bel-
 lum proficiscentem, cum in medio iti-
 nere afflicta quædam vidua interpellas-
 set, multisque lacrymis rogasset, vt iu-
 stitiā administraret aduersus percussō-
 res filij sui, cuius laborib⁹ vitam suā to-
 lerasset, illū, in quā, misericordia motū
 vt erat natura admodū clemens, cū to-
 to exercitu cōstitisse, tētoria in medijs

campis fixisse, nec ante progressum
 fuisse, quàm ius mulieri dictum est.
 Quod exemplum non fuit nisi magis
 clementiæ & benignitatis hominibus
 ga hominem. At Deum O. M. calliditate
 ræque Monarcham subsistere, & præ
 præbere homini cæco & mendicanti
 taque humanitate audire eius necessi-
 tatem, tanta benignitate eum ad se
 care & cum eo colloqui, ac denique
 ta caritate oculos eius optata luce
 nare, hæc, inquam, clementia & boni-
 tas hoc amplius excedit humanitatis
 fericordiã, quo Deus Maiestate &
 fectione longius excedit omnes crea-
 turas.

5. **MANDAVIT** ergo Dominus
 hominem illum vocari ad se. Mirabili
 potentia verbi **CHRISTI**, nam
 mulatque cognouit se à Domino
 cari, illicò radio quasi lucis nouitate
 mente illustratus, ac si iam videtur
 oculis corporalibus amplius operari
 beret, adeundi **CHRISTI** causa
 xit, & abiecta veste magno gaudio
 vt quidam Euangelista dicit, quasi
 tando accurrit ad eum à quo vocatus
 tur. O si vel particulam gaudij sentire
 mus, quod in corde sensit cæcus, cum
 intelligeret se à Domino vocari, vel

ante progres-
 sione dictum
 fuit nisi mag-
 stris hominum
 O. M. cali-
 abfistere, &
 o mendico-
 dire eius nec
 ate cum ad se
 qui, ac deniq;
 s optata luce
 ementia & bo-
 dit hominum
 Maieftate &
 edit omnes
 ergo Domi-
 ri ad se. Ma-
 CHRISTI, nam
 e à Domino
 si lucis noui-
 iam videtur
 mplius opus
 STI causâ
 gno gaudet
 ra dicit, quâ
 à quo vocat
 gaudij scilicet
 hit cæcus, cu-
 no vocari, vel

iam quod sensit Magdalena, quando ei
 deploranti fratris mortem, dixit foror,
 Magistrum adeste, seque ab eo vocari,
 tunc enim ipsa mox & fratris & sui ob-
 lita, deserto omnium nobilium, qui
 ad eam venerant, comitatu, celerrimè
 ad dilecti sui Magistri pedes accurrit.
 O anima mea, fac te quoque cæcam,
 claudendo oculos omnibus rebus quæ
 sunt extra te, & in te ipsam ingrediens,
 agnosce & confitere paupertatem tuâ,
 & ignorantiam, deplora opera tot pec-
 catorum tuorum mortua, & interno
 clamore misericordiâ postula, si for-
 te Dominus misericordia motus di-
 gnetur te vocare ad se, si non illa voce,
 qua vocauit dilectam suam sponsam,
 saltem ea, qua vocauit hunc pauperem
 cæcum, vt apertis mentis tuæ oculis, il-
 lum in sua æterna luce contemplari
 possis verum Deum tuum, veramq; tuâ
 lucem. VERVM benedictè IESV
 cur à cæco percontaris, quid sibi velit
 fieri? cum proprijs oculis eius miseriam
 videas cur exigis vt voce tibi suam
 calamitatem deelarar, vbi ipsa per se
 loquitur & clamat? Vbi considera
 magnum zelum Domini pro salute
 nostra, & qua ratione omnes actiones
 suas semper direxerit ad id quod erat

Ioan. 11.

vtilius omnibus. Poterat CHRISTVS
 cæcum ad primam vocem exaudire, &
 cæcitate liberare, vti aliàs cum alijs fe-
 cerat, sed permisit eum sæpius implo-
 rare misericordiam; permisit eum
 reprehendi, vt fortius & vehemen-
 tius clamaret, permisit quoque, vt
 nullus è tanta hominum turba, ne Ap-
 postoli quidem, eius miserentur, &
 CHRISTO cõmendarent, vt iam ante
 fecerant Cananæa. Denique voluit eum
 interrogare, vt in omnium præsentia
 suam infirmitatem declararet, quidam
 CHRISTO postularer, nempe opus nõ
 humanum, sed diuinum. Atque hæc om-
 nia Dominus fecit magna sapientia.
 Primò, vt hic cæcus in sua petitione pe-
 sistens, cresceret in fide & merito, sepe
 magis capacem redderet gratiæ a Chri-
 sto accipiendæ. Secundò, vt fides eorum
 omnibus esset manifesta, ad consilio-
 nem & auxilium multorum, sequen-
 tium quidem CHRISTVM, sed
 nondum rectè credentium. Tertiò, vt
 factum hoc nulli obnoxium esset ca-
 lumnig, sed omnes cognoscerent hunc
 hominem verè cæcum fuisse, cõspecto
 verò tam manifesto miraculo, moue-
 rentur ad credendum in ipsum, cumque
 profiterentur & reciperent tanquam
 Saluatorem.

6. CAECVS, rogatus à CHRISTO, quid veller, respondit se aliud non velle, quam ut videret. Erat hic homo non tantum cæcus, sed etiam valde pauper & mendicus & tamen cum Dominus ei potestatem fecisset, petendi quicquid veller, non petiuit diuitias, vel alia huius sæculi bona, sed facultatem videndi tantum: Petitio verè prudens & desiderium verè angelicum: nam petens videre, desiderabat consequenter videre eum, in cuius vultum desiderant Angeli respicere. *1. Pet. 1.* Quasi dixisset. Domine non postulo à te aurum vel argentum, sed tantum visum; qui cum tu dixeris, Beatos oculos qui te vident, si ego te videre potero Deū meum, & Saluatorē meum, nihil poterit aliud meæ beatitudini deesse. Ex alia parte benignissimus Iesus, de quo scriptum est, quod non despiciat preces pauperum, sed eorum desiderium exaudiat, non solum potenti verbo suo illi restituit aspectum oculorum corporalium, verum etiam interno lumine gratiæ suæ aperuit oculos mentis. Neque mirum est vocem Christi conuersam in lucem huius infirmi, nam erat verbum veræ lucis ab alio delapsæ ad illuminandos. *Luc. 1.*

CHRISTVS
 exaudire, &
 cum alijs se-
 pius implo-
 ermitur cum
 & vehemen-
 quoque, ut
 urba, ne A-
 erentur, &
 ut iam ante
 ue voluit eū
 m præsentia
 aret, quidq;
 npe opus nō
 Atque hæc o-
 na sapientia
 petitione pot-
 merito, seq-
 gratiæ à Chri-
 ut fides ego
 d confusio-
 m, sequen-
 T V M, sed
 Tertio, ut
 am esset ca-
 cerent hanc
 , cōspecto
 ilo, moue-
 um, eumq;
 t tanquam
 6. CAE-

eos qui se debant in tenebris & umbra
 mortis. Subiunxit deinde. *Fides*
saluum fecit. Vbi perpende, morem do-
 mini fuisse, vel laudandi eorum, quibus
 similia beneficia præstabat, fidem, et
 sanitatem quam dabat, attribuendi mo-
 rito ipsius fidei. Quod faciebat, ut
 quod in nobis sit aliqua sufficientia
 aut gratia ad alias gratias à sua Ma-
 estate promerendas, cum quicquid be-
 nemus eius dona sint & diuina benedi-
 ctijs, sed primo, pro sua modestia & hu-
 militate ad cauendam iactantiam, et
 declinandam Iudæorum inuidiam. Secundo
 eundem ex amore ingenti, quo nos cupit
 honorare, & bona sua in nobis laudare
 dare, nosque gratiæ suæ cooperari
 habere. Tertio, pro auxilio & salute
 aliorum, ut intelligentes tanti à CHRISTO
 hanc virtutem fieri, eiusque mirabi-
 les effectus quos operabatur in illis
 qui illa præditi erant, mouerentur
 ad imitandam eorum fidem, & sic con-
 dendo in CHRISTVM ipsi quoque
 participes fierent æternæ salutis. Con-
 sidera denique, hominem hunc, qui
 receptam à CHRISTO sanitatem, non
 neque recessisse, neque ad confusam
 sessionem & locum reuertisse, sed
 neque amplius mendicasse, sed be-
 nificens

1. Cor. 9.

ante
 dent
 uera
 strata
 seq
 rem.
 viam
 quar
 ampli
 dum
 quæ
 opus
 quia
 rum
 erant
 iam
 enim
 lius
 sti, &
 que
 tia
 rum,
 illas
 STV
 VM &
 nesien
 7. I
 hac tu
 hunc
 strata,

ante acceptum hoc beneficium se a-
 dentem & constantem in fide declara-
 uerat, sic post illud acceptum, se demon-
 strasse gratum, glorificando Deum, &
 sequendo CHRISTVM Saluato-
 rem. Iam bonus cæcus ingressus erat
 viam, videbat, & agnoscebat veritatem
 quare indicabat non esse necessarium
 amplius sedere, sed potius ambulan-
 dum deinceps, & via illa insistendum,
 quæ ad vitam æternam duceret: nec
 opus habebat in posterum mendicare,
 quia inuenerat cælestem illum thesau-
 rum, in quo omnes thesauri
 erant reconditi. Felix cæcus, non *col. 2.*
 sicut filius Timæi, id est, cæci. (id
 enim significat nomen Patris,) sed fi-
 lius lucis, quia tam clarè eam agnoui-
 sti, & tanta constantia es sequutus: Ne-
 que etiam opus habes duce, imò gra-
 tia diuina factus dux & Magister alio-
 rum, tuo exemplo permouisti omnes
 illas turbas ad credendum in CHRIS-
 TVM, tecumque laudandum DE-
 VM & glorificandum, à quo tanta be-
 neficia recepisti.

7. IAM verò mi Domine, quoniam
 hac tua bonitate & liberalitate erga
 hunc miserum hominem demon-
 strata, me quoque inuitas ad exponen-
 dam

dam meam infirmitatem & inopiam, quippe cum me non minus pauperem & cæcum deprehendam, quam ille fuerit, quid melius exoptare, aut petere à te possum, nisi illud ipsum quod cæcus à te petijt, nempe vitam? Non igitur peto, neque honores huius mundi, neque opes, neque voluptates, quia hæc potius excæcatis suos possessores; sed peto primo, ut largiri mihi velis vitam fidem, ut cognoscam te solum & verum Deum, & pariter viam veram demonstrare, quæ ad te perveniat. Secundo, ut possim cognoscere huius sæculi vanitatem, ut omni humanorum affectuum caliginem ab oculis mentis meæ remota, non sim propensus ad hæc terrena, sed potius addictus contemplationi cælestium. Tertio, ut agnoscam & videam omnes meas imperfectiones, & peccata contra tuam Misericordiam commissa, ut dolere de eis possim, illisque desinetis per poenitentiam ad vitam emendare. Quarto, ut præ oculis semper habeam finem ultimum vitæ mere, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus: *peccavi adversus eum*. Denique ut per suam singularem gratiam possim vitam

Joan. 14.

Psal. 12.

vitam
sim a
dore
tua a
mer
possi
unum
tum.

R
font
mife
bat, e
unq
velit
strac
sis, co
strue
netu
tuun
tuis i
lu

vitam a^rertis oculis contemplari pos-
 sim æternum tuorum Sanctorum splē-
 dorem, teque Deum meum in gloria
 tua à facie ad faciem, vt perfectiè cordis
 mei desiderium expleatur, & satietur, ac *Psal. 16.*
 possim dicere cum Propheta. *Sicut audi-* *Psal. 47.*
uimus sic vidimus in ciuitate Domini virtu-
tum.

COLLOQVIUM.

ROGABIS CHRISTVM IESVM
 lumen luminum, & omnis lucis
 fontem, vt sicut affectu misericordiæ
 misertus cæci, qui tanta fide ei acclama-
 bat, dignatus est eius aperire oculos, e-
 umque illumine, ita lucis suæ radijs
 velit quoque tuum intellectum illu-
 strare, vt melius illum contemplari pos-
 sis, cognoscere teipsum, atque etiam in-
 struere & adiuuare tuos proximos: dig-
 netur quoque diuinæ gratiæ suæ luce
 tuum cor illustrare, vt in omnibus vijs
 tuis illo vtaris duce, illum imiteris, il-
 lumque super omnia ames & ti-
 meas, faciendo in omnibus
 rebus tuis sanctam
 eius volunta-
 tem.

DOCUMENTA.

1. **H**IC cæcus desiderio recuperandi viam
ardens, sedebat secus viam, quam de-
minus transibat, in eaq; perseverans, implorando misericordiam, à Christo exauditus
& illuminatus. Quam diu peccator secus
cuius viam mundi, nec peccatorum occasus
cauet, artibus fraudulentis utitur, scilicet
honores, voluptates, & delicias huius seculi
& carnis, non cogitet se unquam ad diuinæ
gratiæ lumen peruenturum. Nam per has vias
Eccl. 21. as non ambulavit Christus, sed diabolus, &
finis eorum est mors & damnatio æterna. Et
al'ia parte, qui non ignari miseri & periculi
status sui, & salutis suæ cupidi, adiunguntur
viæ CHRISTI, occasioneque & periculo
peccati fugiunt, cum hominibus pijs Deum
timenibus conuersantur, verum Dei libere
ter audiunt, si in hoc statu perseverint nec
sent implorare Domini misericordiam, procul
dubio exaudientur, & lucem suæ gratiæ cum
æterna salute consequentur.
2. Cum cæcus inciperet acclamare, CHRIS-
TUS in itinere progrediebatur, cum rem
acclamavit fortius, CHRISTUS subsistit.
Sæpe contingit, dum vacamus precibus, ut
gratiam à Domino postulamus, ut videamus
Deum longius, à nobis abesse, nec velis
exaudire: sed si eius bonitati fidei constan-
ter perseverauerimus, experiemur eum
nobis

nobis esse vicinum, & misericordiae sinum aperire.

3. Turba quae IESVM praecebat, & cecum reprehendebat, quod misericordiam posceret, significat turbam cupiditatum carnalium, & tumultum passionum inordinatarum, quae distrahentes mentem, & cor peccatorum occupantes impediunt, quo minus veniat IESVS ad nos illuminandos, Sed velut cecus, quo plus reprehendebatur, hoc clamabat amplius: Sic nos quo plura impedimenta occurrunt salutis nostrae, hoc ardentius orationi insistere debemus, & ad Dominum clamare, ut nostri miseretur.

4. Turba arguebat & comminabatur cecum ut taceret, ille vero vehementius clamabat. Sic multi hodie faciunt, qui, si quem videant desiderio suae salutis accensum velle peruersam vitam deserere, & CHRISTVM adire, aut relicto saeculo amplecti vitam religiosam, eum grauibus verbis, & aliquando etiam interpositis iniuriis, increpant, ut bono proposito suo renunciet. At serui Dei, obturatis ad hominum obloquia auribus, posthabito omni pudore & respectu humano, debent exemplo huius cecini non commoueri, sed maiori potius ardore in via inchoata persistere, ac tanto longius in virtutis & perfectionis studio progredi, quanto ab hominibus mundanis magis deterentur, & retrahuntur.

5. CHRISTVS videns cecum implorante suam misericordiam, non est progressus magis, sed expectant, donec ille ad se venire docens hoc exemplo Principes & Praelatos, dum animaduertunt pauperem aliquem populi laudant ad exponendum suam necessitatem, debere eos vocare ad se, benigneque audire, & quod iustum est respondere.

6. Cecus, quamuis turbis eum conarentur à clamore cohibere, nunquam à clamore cessauit, donec illi responderetur, ut equo animo esset, vocari ipsum à Domino. Sepe accidit in exercitio orationis, hominem varijs cogitationibus agitari, & à negotiorum secularium turbis in tam sancto opere impediri: sed seruum Dei non debet idcirco vel turbari, vel abijcere orationem, sed contentiori studio potius in illa persistere, nam tandem superata omni difficultate, inueniet se magna consolatione & pace in conspectu Domini perfundi.

7. Cecus à CHRISTO vocatus, abiecit mores, ut habet Euangelium, vestem suam vel pallium & Christum adiit, & patefacta infirmitate, postulauit ab eo sanitatem: eaque recuperata, ad consuetum locum non rediit, sed gratias egit glorificando Deum, & Christum deinceps sequendo. Non aliter facien dum est peccatori, quando se bona aliqua inspiratione aduersit à Domino vocari, vel quando per-

liquam

liquam afflictionem eodem visitatur: nepe
debet confestim deserere pallium prave con-
suetudinis peccandi, & cum firmo proposito de
cetero non peccandi, ad Domini pedes sese ab-
ijcere, confitendo infirmitates suas spirituales
& misericordiam pro illis implorando. Quam
ubi à Domino obtinuerit, non debet amplius
post tergum respicere, redeundo ad veterem
consuetudinem & occasiones peccandi, sed Deo
gratias reddere, non ore modo, sed etiam operi-
bus bonis: Nam aliud non est, sequi Christum,
ut fecit hic cæcus, quam insistere virtutibus eius
vestigijs & exemplis, neque potest homo vlla
re magis Deo beneficia ab eo accepta compen-
sare, quam glorificando, & bonum operum ex-
citacione illum sequendo.

8. Dominus interrogavit cæcum, quid vel-
let sibi fieri? Tam bonus est Dominus, ut bene-
ficia omnia quæ constituit nobis impartiri, ve-
lit dare ad nostram petitionem, ut sua dona
gratis ita fiant quoque nostra merita: atque
idcirco, licet nostras necessitates cognoscat, an-
tequam eum deprecemur, nihilominus in-
uitat nos ad petendum etiam importunè, di-
cens. Petite & accipietis, querite & in-
uenietis, pulsate & aperietur vobis. Matt. 6. 7.

9. Turbe quæ prius cæcum reprehende-
rant, post conspectum miraculum, ceperunt
cum eo laudare Deum. Magna est virtutis po-
tentia: licet enim habeat multos hostes &
per-

persecutores, ad extremum tamen semper
 Etoriam obtinet. Sic crebro videmus euenire
 qui illudunt seruis Dei, & detestantur eos, qui
 amore salutis se abstrahunt. à consuetudine
 huius mundi adherent CHRISTO, demum
 à propria conscientia, & exemplo virtutum
 conuictos admirari, & reuereri eos, quos antea
 vituperarant, saepe etiam emandata in melius
 viuendi ratione, eos imitari.

10. Per cecum designatur peccator, qui dum
 est in peccato mortali, verè est cecus mentis.
 Hic ergo tunc sedet iuxta viam, quando inci-
 piens cogitare de salute sua, appropinquat Chris-
 to, qui est vera via, deducens hominem ad ve-
 ram. Tunc quoque sublata voce implorat misericor-
 diam, quando cum dolore & lachrymis de-
 precatur peccatorum suorum veniam. Turba, quia
 illum reprehendit, sunt mundus, caro & demon,
 qui peccatorem à penitentia & confessione de
 peccatis faciendâ auocant, nam turba cupidita-
 tum carnalium illi adblanditur, turba hominum
 mundanorum illum persequitur, turba vero
 demonum illum in fraudem inducit. Verum
 quo impugnatur vehementius, hoc exemplo
 huius cæci debet pugnare ardentius & alle-
 crius, & cum desiderio & oratione ad Deum
 clamare, nec de diuina misericordia disfidere,
 quia circa dubitationem tandem exaudiet, &
 vocando illum ad se, lucem & tranquillitatem
 animi illi resituet.